uisorios in illo congressu inicuim non connasci, neq[ue] ſe contingere uidimus, sed dexter non^{f.1.8.6.6.}
nihil ea ſede qua calvariam egrefluris fuerat, sinistrorum refleſebatur: quāsi non coalitus^{f.1.8.6.6.}
occatione nervi congrederentur, uerū ut commode per ſuum foramen ē calvaria proci-^{f.1.8.6.6.}
rent, potiflū quā etiam hoc duci ingredients in oculi posterioris ſedis medium nō infe-^{f.1.8.6.6.}
rantur.

runtur. Hunc ductum sinistri nervus etiam referebat, non tamen ita quin noratus digne interuerso dexter a sinistro deficeret. Quam seculorum autem ac sollicitè eius uiri familiares interrogauerimus, num illi omnia gemina perpetuo oculis obuferarentur, nemine Naturae operum cognitione flagrantem ambigere sat scio, at nihil aliud refutare licuit, quam ipsum de usu nuncquam conquestum fuisse, usuque praestantibus semper ualuisse, familiaresq; de uisorum duplicatione nihil unquam intellexisse. Quod uero Cassius, et alij nonnulli, quam causam rimatur, quam obrem dextra cerebri sede uulnerata, aut alioquin laesa, corporis sinistra pars neruorum resolutione infleatur, integra parte dextra, nervos omnes in ortu decussatum ferri: seu nervos à dextra cerebri & dorsalis medullæ sed pronatos, in sinistram corporis regionem distribui, & contra afferant, apud me elegantissimum, & inter somnium ab illis problematum interrogatoribus excogitatum figuratum habetur. quum secundi paris neruorum ac dein tertij & quarti parum, dextra exortus à sinistris aliquot digitorum amplitudine inueniuntur, ut modo de alijs nervis nihil dicam: idq; pariter fileam qui uisorios porcorum nervos subindenō continuos, sed perinde ac crurū nervos, quasi mali funiculi conflatis spectari, ne in aliam quampliam prolixiorum dilectionem ferro deflebat, præcipue cum illis disfectionum professoribus, qui dextrum cerebrum penitus à sinistro diremptum posteris tradiderunt.

DE SECUNDIO PARI NERVORVM cerebri. Caput V.



ONIVGII¹ secundi exortus, nequaquam ex infima mediaq; quodam modo (quod ad latera spectat) basis cerebri sedē, ut uisoriorum penderit. Dein praesentis conjugi neruorum plurimū uisoris crastitie cedunt, quamvis interior duritias eos superent, usq; ab illis multum uariant. Paulò posteriori enim quam uisoris, ex cerebri basis lateribus principium ducunt, quod hæc cerebri regio nonnihil durior illa sit, à qua uisoriorum origo sumitur. Atq; id merito accidit, siquidem secundi paris nervos musculis intercedens, duriores ipsis uisoris esse oportuit. Prorept enim nervus dexter (quod et de sinistro, nisi peculariter sermoni quid addatur, in neruorum serie semper subaudiendum est) sub cerebri basis latere ad² foramen in oculorum sedis radice fibi sum alij aliquor uasis commune. Quamprimum autem es caluaria exedit amplitudinem, in ramos disiectus septem musculis oculo propriis ramulos offert, illorum motibus præfectus.

DE TERTIO PARI NERVORVM cerebri. Caput VI.



ERTIVM par duplice radice utrinq; principium sumit,³ una quidē crassi, cui opportunè tertii paris nomen accommodueris,⁴ altera autem longior et tenacior & durior, etneq; in ipso exortu, negotiam in progressu, crastio et radice commissa. Huius enim initium non modo in posteriore intervallo, ab illius exortu distat: adē fane, ut uerius graciliorum hanc radicem peculiare par, quam tertii paris portionem, quis efficeret. At quū omnes Anatomorum proceres hanc tertii pari acsperferint, nihil fane obstiterit manutentioris doctrina studio, & me etiam cum tertio pari tenorem illam posterioremq; radice aggregi: prius tamen studiofios admonementem, in libro de Neruorum sectione (quem Galeni libri uix fragmentum confuerim) parum recte tertium par secundo mollius esse, tradi. Exortur itaq; gracilior haec tertii paris radix à latere basis cerebri, ubi dorsalis medulla ab ipsa initio du circa auficiatur. Hinc credo tramite sub cerebri basi anterorum progrediens, duram cerebri membranam perforat, & secundo neruorum pari attensa cum ipso per communem foramen in oculi fedem procidit, ilico in quatuor disiecta propagines, quarum prima sursum in adipem oculorum musculus obducto excurrens, per peculiare foramen ad frontis cutem & musculosq; huius sedis substantiam digerit, frontis cuius & palpebrae superioris motibus præfecta. Secunda propago deorum ducta, mox in foramen libi priuatim excludit fertur, quo ueris in anteriorem superioris maxilla fedem prolaborat, ac multiplici serie dispensetur in musculos superioris labrum et nasi alam extorsum in suo latere mouentes, ac demum in ipsum labrum & incisoriorum dentium gingivam. Tertia propago foramine etiam priuato utens, post carunculam in interiori angulo oculi conspicuum, narium aditam amplitudinem, inibi in narium dege

PRÆ
fieri figuraue
uork quo hic
descriptio du
das exprim
tur, ac A cert
e bri portione
lomideat.



*Crafssioris re
diciis origo &
distributionis
series.*

nerant tunica, & ramulum exponrigens^a tenui & membranoso musculo introrsum nasi alam contrahenti.^b Quarta propago iam dictis crassitudo non inferior, per foramen seu scissuram portat, quae inter primum maxillarum superioris os, & cuneum imitans in extimo latere sedis oculi conficitur, ad internam sedem temporalis musculi contendit, tota in cum mufculum absumenda.^c Crafssior tertii paris radix a laterebasis cerebri, anterius tamen, et penitus seu iuxta dextri & sinistri medium magis quam enarrata modo radix, principium fumens, recta deorsum tendit, forame, quod ipsi & quarto nervorum pari huic radici proximo celeratur, perlabilis. Hæc flatim ab egressu^d propaginem diffundit, que uitæ aut cucurbitæ capreoli in star inuitur, duriorum paulatim efficitur, ac^e binos tandem quinti paris nervorum cerebri ramulos (quorum seriem poftea recensabo) in consortium admittit, ipsiisq; unitus in temporalem muscleum inseritur, ac in illum quoq; qui à fugalio selenatus priuatim paxim^f seu manorius nobis dicitur, ramulos porrigit, deinde et mulcilius buccas mouentibus, ipsiisq; demum faciei cuti in buccis etiam furculos offerat. Postquam uero crafssior tertii paris radix propaginem hanc preoli modo intortam exprompsit, nonnihil deorum magis descendens, furculum deriuat, qui antrorum ductus gingivæ molarium dentium, ipsiisq; adeo dentibus feriatum foibole distribuit. Dein priusquam maior hæc tertii paris radix declivis ducta lingua contingat, ramum posteriori ex parte germinat utcumq; in signem, qui^g musculo in ore delitescit & maxilla in inferiore atollenti insertus, inferioris maxillæ^h foramen adit, hic ubi sit musculus ipsi scissuram conficuum. Ramus ille in foramen delapsus tanisper antrorum fertur, quo usque sui lateris dentum inferioris maxillæ radicibus singulas soboles offerat, quorum beneficio dentes inter cætera hominis ossa, evidentius trifantum occursum sentire creditimus. Neque uero ramus hic uniuersus in dentes absuntur, inò non minima ipsiusⁱ portio per foramen in anteriori maxillæ sede in seculptum excidit, dexteræ sedi inferioris labri cõplures furculos deriuat. At^j maior portio crafssioris tertii paris nervorum radicis, quando lingue basi committitur, cu alterius lateris nero lingue tunicam efformat, aptum saproporus digno cedis instrumentum. Deinde & exiguo quoq; furculos penitus in linguae substantiam dispensat. Horum enim & tunice lingua producendorum gratia, tertium par potissimum à rerum Opifice creatum arbitramur, atq; ut primum par uitius, quintum uero auditus, si hoc tertium gustus censetur instrumentum, gustatoriusq; neri merito nuncupatur.

DE QVARTO PARI NERVORVM cerebri. Caput VII.



O^k C^l par tertio pari nonnihil gracilis duriusq; est, exoritur enim à dorflis medullæ^m principio posterius paluⁿ quam tertium par, sed antrorum modice tensum posterius tertii paris sedi committitur, atq; unum cum illo per^o commune ipsi foramen ex capitib amplitudine, seu cerebri sede, ad palatum elabitur; quod simulatcet percutit, in furculos quosdam partitum, in palati tunicam degenerat: quæ quum lingue tunica aliquanto sit durior, iure etiam quartum par posterius tertio pari originem ducit, ac proinde etiam palati tunica sensu hebetiori quam lingue tunica donatur.

QVINTI NERVORVM CEREBRI PA ris series. Caput VIII.



VINCI M^p par nonnihil quarto crassius, ac ueluti pluribus enau^q furculis inuicem mox ab ortu connexis principiū ducit, ex media propemodum dor salis medullæ^r sede, eius partis quæ à medullæ exortu usq; ad eam regione pertinet, quæ hæc è calvaria in vertebrae labitur. Hoc quintum par uniuersum per forame fertur impense tortuosum, & priuatim ipsi incisum, quo uelq; in cauitatem pertinet, auditus organo preparatam: ubi quintum par uarie difcinditur, & propagines quadam membranæ modo dilatatas huius cauitatis sedibus offert, auditus organi non infirmam partem constituens. Præter has uero propagines duos educit nervulos, qui seorsum per proprium foramen elabuntur, unus quidem per transversum ducitur foramen, quod etiam admittit uenulam in auditus organum excurrentem. Hic nervulus non procul ab egressu tertii paris^s ramo commiscetur, instar uitæ capreoli inuoluto. Alter uero nervulus per foramen repit impense arcum, & insigniter quoque tortuosum, & immixtam ipsi sciam aut plumbeum filum non admittens, ob id^t etiam Anato-

Anatomicis cæcum appellatum. Nervulus iste transuersum supra' musculum ducitur, qui à iugali ossi pronatus, inferiorē maxillā mouet; ubi uero ad anterius usq; eius musculi latus anterius prorepens, dicitō tertij paris ramo commissetur, in genatum cutem & musculos buc et motuum autores digerendus. Atque illi demum duo funtramuli, quos tertij paris ramo capreoli ritu inflexo commisseri superius dicebam. Porro quemadmodum' iuxta tertij paris precipuam radicem, alia quadam radix enatetur tertio pari acripta, simili etiam ratione iuxta quintum nervorum par interius paululum' alia exoritur radix, quinti paris radicē mulieracilior, sed quodammodo durior. Hæc sumus uestis priora sub cerebri basi aliquandiu protensa, duram cerebri membranam perforat, ac per' proprium foramen sub secundi paris foramine excutptum, è calvaria procidens in temporeale musculum, illum'q; digeritur qui in ore delitescens, inferioris maxilla ad superioria motus autor conseruit. Hanc radicem cum sua conjugi licet peculiaris coniugij loco eenvere. Quo minus tamen aliorum Anatomicorum (qui has radices profrus ignorantur) numerum perturbem, hos nervulos quinto pari acribam, ad eum uidelicet modum, quo minorem tenuorem de tertii paris radicem tertio pari superius adnumeratam rediui. In temporeale itaque musculum' quinque nervorum pertinet, quoniam propagines, prima quidem à graciliori tertii paris radice, secunda à maiori radice, tertia autem & quarta à quinto pari primario educuntur nervo, quinta autem est demum nervus est, quem iam quinto pari connumerabam. Neque sane frustra, atque ut sors fert, tot nervorum fiboles temporali musculo Natura exporredit. Sciebat enim hunc musculum pro sua mole omnium corporis muscularum validissimam functionem obitum. Item quum haud ignoraret, quam molles illi effent nervi quos à cerebro eduxit, summa mehercule prouidentia illos quantum licuit ex ossium contactu, itinerisq; longitudine voluit indurefcere. Nulli enim non obviuum est, quām callidē furculum instare capreoli involutum duriorē effecit. quōd solus ossi minimo spacio contiguus sit; alios autem non inuoluit, quōd longo intervallo ossibus atendantur, ipsorumq; nonnulli per tortuosos & inuolutos ossium meatus etiā porrigitur.

*Nervus iux-
ta quinti pa-
ris radicē pri-
cipiam ducēs.*

*Quoi nervo-
rum proprie-
tatis temporeali
musculo offe-
runtur.*

DE SEXTO PARI NERVORVM CE rebri. Caput IX.



ELIQVORVM parium, que in calvaria amplitudine principium ducunt, nullum aque sparsam ramorum editi fibolem, neque in tam multas easdemq; varias inferunt partes, atque' sextum cerebri nervorum coiungum, quod paulo inferioris quinto parialiquot distinguis ac scinui ēc dirempsis furculis initium fumit, qui mutuo mox ab initio cōmissi, unum efflormant nervum, qui per' foramen calvariam egreditur, quod arterie soporalis' minorem ramum, & grandiorē interna iugularis uenae ramum, simul admittit. Nervus hicnon procul ab egredi in musculos posteriorē certius fedem occupantes' ramum diffundit, numerosa uestigia serie in fiboles digestum: quarum præcipue' musculo exporriguntur, scalpum mouentium secundo. Ipse autem sexti paris truncus, 'soporaria arteria ac' septimo pari coheret, & simul cum ipsi membra nax interuentu connexus, ad laryngis usque latera protenditur, inibi portionem à septimo pari' affussum, illaq; se augens. Deinde sextum par eum hanc asciscit portionem, laryngis musculis' ramulos transuersum exhibet. Sunt autem illi musculi' duo featum imitanti laryngis cartilaginis duntaxat proprii, qui ex stomacho gulae' posteriori sede pronati, eius cartilaginis lateribus inferuntur, deinde' duo tertiae cartilaginis basim occupantes, & 'duo ex illis qui primam cartilaginem secundam committunt. Hinc erò sextum par soporarii arteria & interna iugulari' cōcomitatum, ad thoracis usque elevationem defecit fedem, ac mos' insignem ut cunque propaginem a primis thoracis uertebræ latus, seu potius ad anteriem primæ thoracis costæ radicis fedē deriuat, que sub membrana costas succingente, secundum costarum radices prorepens, à' nervis in costarum interualla à dorsali medulla exporrecit, furculos quoq; dam affluit. Quum uero hæc propago eiūmodi adauia furculis, septum transuersum prætergressa' est, in cibis potuq; organa, uti postea dicemus, dispensatur. Præter hanc propaginem exti paris nervus iuxta superiorem thoracis fedem' ramulos' musculo offert, à pectoris ossi & claviculari ad mammillam capitis processum deducto, & capitis motibus subfuerienti. Deinde & musculo qui os in referens hinc pectorē accedit. Præterea & illi qui hinc ad āsumant primæ cartilaginis laryngis fedem perfertur. Huiusmodi sane utrorumq; exti paris nervorum priusquam thoracis cauitatem subeant, series uisitatur, quæ autem adhuc enarranda supereft, mox atq; hinc figuram contextui interiecero, describetur.

QVAMVIS nuda septem nervorum cerebri partis delineatio ad finem primi Capitis postea, omnem sexti paris seriem ostendat, atque ita pariter nervos recurrentes (qui Græcis ἀναδημάτω vocantur) exprimit, non abs re me factum arbitror, si peculiarem corum tabulam und cum arteria magne & aspera partibus, quātum scilicet ad ipsorum scripsi attinet ostensionem, hic contextui Capitis interiectam. quum borum nervorum adeo frequens medicis sit mentio, & intuitus pariter ob summum Naturæ miraculum nulli non sit longe iucundissimus.

A Arteria magna ex sinistro cordis uentriculo exortus, ubi hæc duas coronales arterias promit.

B Arteria magna truncus deorsum ad spinam reflexus.

C Arteria magna ramus oblique sursum ad primam sinistram lateris costam tendens, ac in sinistrum postea manum excurrens.

D Arteria magna portio tigulum petens.

E Arteria transversum in dextram manum procedens. Quas uero bæc & illa quam **D** insignitius siboles diffundant, ex nuda arteria magna figura, decimo Capiti tertij libri fabiun dæc. petas licet.

F,F Soporalis dextri lateris arteria.

G,G Sinistra soporalis arteria. **H** Aspera arteria caudex.

I,K Duo asperæ arteriae trunci, in quos hæc primum ad pulmones dividuntur.

L Larynx, cuius musculorum, ut & lingua & os & referentis figuræ, ex tabulis secundi libri dudum didicisti.

M Glandula laryngis radici utræq; ad latus connata.

N Dexter sexti nervorum cerebri paris caudex.

O Sinister sexti paris caudex.


P Dextrinervi ramuli ad arteriam que dextrae exporrigitur axilla, revoluti, & in unum coquentes nervum, qui interdum unico conflat ramulo.

Q,Q Dexter nervus recurrentes.

R Sinistri sexti parts caudicis surculi, qui ad arteria magna truncum uerius spinam detortum reflecluntur.

S,S Sinistri nervus recurrentes, qui etiam non communam unico incipit surculo. Reliquæ sexti paris nervorum propægines in nuda cerebri nervorum tabula spectande sunt.

Dexter nervus recurrentes. Quimi itaq; dexter sexti paris nervus thoracis cauitatem ingressus est, atq; inter arterias & uenæ in jugulo repit, ab interiori ipsius latera modo tres, modò duos inuicem mox succedentes diffundit ramulos reuerstiū dextri lateris nervorum cōstituentes. Ramuli enim isti ad arteriam quæ in dextrâ alam exporrigitur, ueluti ad trochleari rotulam revoluti, simul coēunt, nervumq; unum efformant, ad dextrum asperæ arterie latus sursum excurrentem. Quum pri mūm enim ex illis ramulis (quorum loco interdum simplex uisit) unus conflatur nervus, qui dextrum asperæ arterie latus petit, & membranæ interuentu ipsi adnexus ad dextrum usque laryngis latus properat glandulari incumbens, quæ alijs glandulis neque colore, neque substantia respondens laryngis radici hæc in dextro latere (ut in sinistro altera) adnascitur. Illico autem atque nervus laryngem contingit, in plures partitum siboles, in sui lateris musculos digerendas. Qui uero illi sunt, posteaquam sinistruim recurrentem nervum sermoni ad sinistrum laryngis latus deduxero, subiungam. Sinistri itaque sexti paris nervus iam in thoracis cauitati in refluxus arteria in sinistrum manum propagata ramulos, qui sursum reflecterentur, exporrigeret nequit, quod ea oblique sursum, non atem dextrae arterie modo, tranfuerint, in alam contendat. Haud quaquam enim neque tuta ad obliquum atq; tranfuerint, chordæ aliquæ cuius reflexus perficitur. in modo hæc si ad obliquum baculum revoluit, sensum sursum confundit,



dit, eandem reflexus sedem nunquam seruans: ac proinde sinistra nerois tantisper uerius cor
dis basim descendit, quoque extra cordis inuolucrum arteria magna contingat truncum,
qui deorum ad spinam explicatur. Atque hic mox tres, aut etiam pauciores à nerois educen-
tur surculi, qui ad arteria truncum, quā is ad spinam deflectitur revoluti, in iucem unifuntur,
finistrumq; recurrentem nerois constituant, qui sursum properans, membranæ beneficio
aspera arteria sinistro lateri attendit: ac cum primū laryngem contingit, non minus
quam dexter nerois in ramos deriuatur, qui omnes in sui lateris musculos deorum capita
habentes cessant. Sunt autem hi, si utriusque lateris musculos iuxteris, quatuor, secunda
cartilagini tertiam neccentes, quorum beneficio tercia cartilago retrosum atque in latera du-
citur, & laryngis "lingula adaperitur. Praterē duo tertiam cartilaginem primā iungentes,
qui laryngis rimulam, seu lingulam claudunt, ac soli propemodum tunc expirationi obstant,
quum egerentes vi spiritus retinemus, ac interīm quantum possimus, ceteris musculis expira-
tionem molimur. His praterē nonnullos accedunt linguae "musculi, ab ossis v referen-
tis medio uulniguum moucant pronati. Quum enīm praesentes musculi inferius sua fortium
tūr capita, atē deorum necessariō mouendū corpus attractū erāt, necessem quoq; esse credi
mus, ut animalis spiritus ab inferioribus partibus sursum quodimodo ipmis duceretur. Quod
qua quā industria immēs corporis nostri Opifex in horum nerois conuolutione molitus
fuerit, & si ex ipso diffectione, & succinta haec nerois distributionis narratione, & illa quā
ante exhibimus tabula dignoscere possimile minus Galenū, qui hos nerois infle-
xus omnium primū ab ipso inuentos merito gloriatur, adeundum hortor. Qui in septimo
de Partium uero, ueros Deo celebrat hymnos, magisq; attentam requirit mentem, quam si
Eleusinia & Samothracia, vel aliam quācumq; cele-
brationē diuinā, aquis auribus astans, intentusq;
ijs que fiunt dicuntur quā sacerdotibus, audias.
Iure enim Galenus sibi persuaderet, celebrationē ini-
bi traditam his nulli parte inferiore esse, neque
minus ostendere incredibilem sapientiam & prouid-
entiam uitriūque omnium conditoris Dei.

Porrō sexti paris neroi postquam reuersus ex-
propserit, ac iam cordis basim spectant, ramulos
notatū digna crafistudinis "in pulmonū tunicam
& membrum cordis inuolucrum dispergunt.
Item à ramulis sinistris cordis inuolucru sedem im-
plicantibus, atque à sinistro sexti paris neroi de-
promptis, furculus quidam cordis inuolucrum
inibi permeat, ubi id sinistro lateri arterialis uene
unitur. Atque hic furculus oppido quam tenuis,
& non nisi accuratissime sectionem administrantibus obuius, ipsi arterialis uene adnascentur,

et ad finistrum ipsius latus uerois posteriora rame magis exponretius, in cordis basim fertur,
inibi mox in fobos capillorum modo gradillim confumpit, ac cordis basis superficiū iux-
tū propriū. Qua autem ratione illum nimis quam tenuem neroulum adinuenias, ad sexti libri
calem sedulō exequar, ibidem cordis ipso subministrantium organorum sectionem petra-
ctatur. Ceterū quod ex nerois sexti paris reliquo est, deorum ad stomachum defer-
tur: ac dexter quidem dextro ipsiis attendit lateri, sinistra autem sinistro.

Mox uero atque
hinc uero stomacho membrana interuentu laxè adnectuntur, singuli in binos partitūn rame-
dos, adeò oblique secundūm stomachum conuoluto, ut dextri neroi ramī sinistram ipsius le-
dem in progressu obtineant, sinistri autem ramī dextram sedem amplexentur. Atqueita qua-
tuor praesentes ramī septum transuersum una cum stomacho permeant, nullos pro�us in
transuersu septo furculos offrentes. Verū sparsa admodum serie superius uentriculi os-
tium ambiant, contextuq; ramos in priora & posteriora corporis uentriculi spargentes. Ab ijs
ramis qui dextrum huius orificij latus implicant, propago utriusque insignis deprimi-
tur, quae per uentriculi superiora secundūm ipsius latitudinem in inferius uentriculi orificium ae-
cedit, in progressu anteriori posteriori uenticuli fedibus fobos qualdam diffundens.

Quum uero illa propago inferius orificium superauit, uene portae instrata in ecoris cauum
properat, ibidem in ecoris membranam tunicam ueabumenda. Dextri neroi sexti paris
ramus, quem ante recurrentem neroorum principia costarum radicibus sub tunica costas
succingente exponrigi, aliorumq; neroorum percostarum interualla excurrentium cōgressu

R. nerois
membranā
car. &
di.



QVONIAM
Galenus horum nerois
descriptione, quenad
modum & nonnunquam a-
tib; mentiones fecit infra
ment glosticō, nos ictō
non incommodestrō
xiimus, si hunc characte-
rem P. in quo id infra-
mentū obiter exprimitur,
hac interire censes: una cū
Ex quo infrumentum deli-
neat brachij, sed postfisi-
um femoris luxationibus
reflexuando idem. Li-
ceret hoc aliis libro de argu-
mento tractanda pa-
remus.

R. ethi. sex-
ti paris in tho-
racis amplia
dies series.

Sexti paris
series in neroi
tunica organa.

augeri docuimus, simulacrum septum transversum unum cum gradi arteria prætergressus est, propages diffundere incipit, ac primaria quidem inferiori membranæ omenti offert tranversum iecoris caum adeuntem. Propago haec in ipso ductu inferiori membranæ omenti ramum exhibet, qui deorsum tensus, atque in furculos dissecitus, tum ipsi membranæ omenti in dextra parte implicatur, tum etiam colo intestino, ubi id huic membranæ tanquam ad melenterium committitur. Deinde alius ramus ab illa propagine duodenio intestino, & ieuniu initio deducitur adeò gracilis, ut interdum conspici nequeat. Post hunc longè crassior superiori membranæ omenti depromit, qui dextram sedem fundi uentriculi perreptans, multas siboles uentriculo & ipsi omento communicat. Quod autem primæ illius propaginis adhuc superest, iecoris cau & bilius vesicula furculos præber. Secundam uero propaginem sexti paris ramus dextri lateris costarum radicibus attensus, in dextrum renem & pingue membra nam ipsi obductam digerit. Tertiām porrò dictū iam grandiorē diffundit ad dextrum mesenterij sedem, & in intestina mesenterio hic connata spargendam. Quod autem eius ramus reliquum est, subinde in vesicam, & mulieribus in uteri fundum dextra ex parte ecessat. Vesicam & uterus quoque suos neruos à dorsali medulla in sacro osse deducta mutuantur. Ad eundem ferè modum sinistri sexti paris nerui ramus costarum exorrectus radicibus digerit. Propaginem enim inferiori membranæ omenti largitur transversum in lumen sciuum per rectâ, quæ in progressu anteaquam lienem contingit, duos diffundit furculos in humiliorū omenti membranam, & cum intestinum quâ uentriculo hic adtenditur, dispersos. Deinde aliam sibolem emitit illis furculis crassiorem, quæ sinistram fundi uentriculi sedem perreptans, uentriculo ipsius superiori membranæ omenti (qua etiam sibole ipsa suffulcatur) per multa germina deruit. Mox quoque a propaginibus lienis cauo se inferentibus, exiles ramuli sinistrum uentriculi latu accedunt, illis concomitati uenis ac arterijs, quas à lienem pertinentibus uasis hic reflecti, anteà diximus. Secundam propaginem ramus illi sinistris exorrectus costis, mesenterio & sui lateris intestinis offert, & post hanc tertiam sinistro reni exhibet, ac demum ipsius reliquo sinistrum vesicam fundi uteri sedem interdum amplectitur. A propaginibus in mesenterium sparsis, interdum cum seminalibus uenis & arterijs surculos ad telles usq; deductos animaduertit, atq; hæc sexti paris neruorum cerebri est series.

DE SEPTIMO PARTI NERVORVM
cerebri. Caput X.



ER VORVM cerebri septimum ac ultimum par, uti ceteris paribus durius est, sic quoq; ex duriori enatetur principio. incipit enim aliquot in uincu distantibus surculis, à dorsali medulla, ubi modò caluariam eft egressura. Hinc in anteriora modice tensum, & ipsius surculis in unum coeuntibus, per foramen procidit, sibi priuatum exculprum. Similaque uero septimum id par caluariam superauit, sexto cohaeret pari, & propagines aliquot dispensat musculis qui à processibus stylum importantibus principium ducunt, ex quorum numero est alter tertij pars musculorum offi v referenti peculiarium, isq; qui inferiorum maxillam deorum trahit, & alias linguae proprius. Septimum parhinc ad linguam usque radicem descendens, in plures deditur siboles, quæ in lingue musculos, & offis v referentis, & in omnes laryngis musculos superius non connumeratos implicantur, corumque muscularum motibus præsunt. Verum præter illas siboles, septimum par non minimam ipsius portionem sexto pari neruorum cerebri ad linguam radicem inibi offert, sextum par illa portione adaugens.

PRIMA

DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER IIII.
 PRIMA TRIVM FIGVRARVM QVAE
 SVB SEQVENTIBVS CAPITIBVS

331

communes habentur.

P R A E S E N S figura duabus modō consequentiō bus tabulis, quae nervorum à dorsali medulla prodecentium nudam seriem ostendunt, potissimum subseruit. Hac namque sō la dorsalis medulla, quam uulgo nucham dicimus, ab ea sēde qua ē cerebri basi principium sumit, ad extreum ipsius usque finem, ex humilitori sacri ossis sēde procidentem delinēatur.

A Dorsalis medullæ initium ē cerebri basi pronatum.

B Hac sēde dorsalis medulla non amplius simplex deorsum ducitur, uerum imaginem refert multorum funicularum, qui simul commissi recte tendantur.

34, 5, 6, 7 His characteribus nervorum radices notantur, à dor sali medulla prīusquam ē caluaria labatur prodecentium. Sunt autem radices hæ corum cerebri parium, quæ singulis characteribus indicantur.

D, 7 A B ad D in sinistro latere, & ad 7 in dextro latere dorsali medullæ pars cervicis uertebris contenta, et septem quo que eius partis parium radices insigniuntur.

E, 19 A D ad E in sinistro latere, & 7 ad 19 in dextro, dorsali medullæ pars ostenditur, thoraci uertebris complexa. Deinde eius quoque partis duodecim parium radices indicantur.

F, 14 Ab E ad F in sinistro latere, & 19 ad 23 in dextro usque dorsali medullæ pars notatur, lumborum occupans uertebras, à qua quinq; parium radices principium ducunt.

G, 30 Ab F ad G in sinistro latere, & 24 ad 30, in dextro dorsali medullæ pars indicatur, sēns sacri ossis ossibus contenta, & sex parium eius partis radices, adeo ut 7, & 19, & 24, & 30 sua serie dorsali medullæ nervorum triginta paria proponantur.


H Dorsalis medullæ extreum inconiugatum ab ossis sacri sine procidentis.



TRIGINTA


TRIGINTA PARV
QVAE A DORSALI ME
contenta originem ducunt, nuda delineatio
ne causa & magna arterie delineationes
Capitibus communium figura.

VM NERVORV
DVLLA DORSI OSSIE
ca proportione expressa, qua superius
exhibuiimus. Hec trium subspicendi
rum secunda numeratur.



VM
IBR
ius se
cundus

TERTIA TRIVM FIGVRARVM SUBSEQUENTI
BVS CAPITIBVS COMMVNIVM, QVAE OSSIVM DORSI
cōtextum posteriori facie ita commixtū, atq; modō praecedens eundem anteriori facie oculis
subiicit. Dein uniuersa dorsalis medulle nervorum series hac figura depingitur, que superiori
figuri minus oculis subiacet, et cui characteres nō satis cōmodē illic scribi potuere. Ceterū
in utrisq; figuris dorsalem medullam adhuc in dorsofibis repositā fiximus, ut nervo-
rum parium numerus & egressus in procinctu ocyus effet, quodq; iam dor-
fals medulle ossibus liberæ effigiem proposuimus.



CHARAC.

CHARACTERVM DVARVM QVIBVS DOR
SALIS MEDULLAE NERVORVM SERIES EXPRL

mitur figurarum Index.

QVONIAM M præsens characterum index duabus figuris habetur communis, & non nulli characteres utriusque communis, alij peculiares sunt, non inopportuneas notas 1,2 pro characterum ratione illis subseribam, et licet numeri characteres in figura sunt obuij, illis subiungendis notis parum obscuritatis accessurum arbitror.

A 1,2 Dorsalis medullæ sedes, qua primum uertebras ingreditur.

1,2,3, 4,5,6,7,1 Septem cervicis uertebræ. His quoq; characteribus dorsalis medullæ nervorum pars designantur, que ad clavatorem sedem eius cui numerus inscribitur uertebræ spectant.

8,9,10, 11,12,13,14,15,16,17,18,19,1 Duodecim thoracis uertebræ.

20,21,22, 23,24,1 Quinque lumborum uertebræ.

25,26, 27,28,29,30,1 Sex sacri ossa. os autem quod coccyx dicitur, hic non appinximus, quia spina medullam non continet, nullusq; nervus ab ipsa clatur. **B 2** Prima cervicis uertebra.

C 2 Prima thoracis uertebra, atq; ita **B** ad **C** septem cervicis notantur uertebræ.

D 2 Prima lumborum uertebra, a **C** uero ad **D** duodecim thoracis uertebræ indicantur.

E 2 Principium ossis sacri, unde etiam a **D** ad **F** quinq; lumborum uertebræ in conspectum uenient.

F 2 Primi paris nervorum dorsalis medulla iam in uertebris posita posterior propago.

G 1,2 Posterioris primi paris propaginis series, notari autem præcipue ramus ipsius transversum pri-
ma uertebrae processum accedens, inibi in musculo aliquo digerendus, quos in Capitum conte-
xtus ferre explicabimus, ne forte nervorum dorsalis medulla characterum explicatio aliquo
prolixa, in immensum excrescat. **H 1** Anterior primi paris propago.

I 2 Secundi paris posterior propago, atq; hoc etiæ charactere eius propaginis minor ramus insigni.

K 2 Posterioris secundi paris propaginis crassior ramus.

L 2 Commixtio coitus uero tertij paris rami, **S** in prima figura notandi, cum secundi paris ramo **K** iam indicato.

M, M 1,2 Crassioris secundi paris series ad uerticis & occipiti cicutem.

N 1 Anterior secundi paris propago.

3,1 Tertiū par. **O 1,2** Posterior tertij paris ramus retrorsum ad spinā secundae cervicis uerte-
bræ reflexus, ac inter musculos uertebræ hac sede adnotato latitâ. Quando uero spinā contingit,
extorsum fertur per mutuum congressum dixerit lateris muscularum cervicis posteriori occupantum cum musculari sinistri lateris, atq; hinc rursus oblique in latera ducitur. Hunc sane dum omnium parium a tertio hoc ad uiginti quartum usq; posteriores rami imitantur.

P 1 Anterior tertij paris ramus, qui in quatuor dirimitur propagines, ac **Q** in priori figura pri-

Q manum indicat in musculari cervicis flectentibus insertam. **R** in utrigeni secundam propaginem, que **R**, cum quarti paris propagine **Y** notanda cōgreditur. **S** in priori tertiam, que posterioris secundi S. paris propaginis grandiori ramo **K** notato inibi commiscetur, ubi **L** in secunda figura scripsi. **T**. mus. **T** in utrigeni quartam anteriori tertij paris rami influat propaginem muscularis inserta, quæ transuersis uertebrarum committuntur processibus.

4,1 Quartum par. **V** eritus ne characterum copia præsentes nervorum tabulas neutiquam profecto-
caju partas, nec alijs plagi sufficiat, quarti paris characteres in sinistrum latius re-
teci, ut dextrum latius altoquin pluribus oneratum characteribus, hac saltem sede liberum est,
ipsijs quinti paris & subsequenti parium indices opportuniis accōmodarentur.

V 1,2 Posterior quarti paris ramus.

X 1,2 Anterior quarti paris ramus in ternas diremptas propagines. **Y** in priori figura indicatur, pri-
Y. ma propago, tertij paris propaginē **R** insignitam admittens, a in eadē secunda propago in mu-
sculos dijuncta, transuersos uertebrarum processus occupantes, h; similiter in priori tertia pro-
pago, quinti paris portionem et notandum, ad septi transuersi nervi constitutionem accedens.

5,1 Quintū par.

c 1,2 Quinti paris posterior ramus.

d 1,2 Quinti paris anterior ramus, ab ipsius interno latere ramulum muscularis cervicem flectentibus
exporrigens, qui interd; characterem est conspicuus.

e 1 Propago anterioris quinti paris rami, maximam constitutus portionem septi transuersi neruit.

f 1,2 Anterioris